



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

*si Ecclesiæ S. Salvatoris extorta à Luitprando de qua an intelligenda  
hic Alcuinus? Non censeo. Nam licet Carolus M. an 774. Papus  
Longobardorum regnum subiugarit, tamen illa verba (Tam nobis  
Rex nobiles debet habere ministros) magis alio quam Tri-  
cinum ducunt.*

*Liudgardonam ) Vxorem Caroli Magni, quæ anno 800. defun-  
cta est; Carolus è Centulo per littus Oceanii venit Rotomagnum,  
indeq; per Sequanam ad Sepulchrum S. Martini orationis causa, sibi  
pridie Non. Junij sepulta est, teste Egolismensi & Egimardo.*

*S. Capellæ ) Adrianus Papa in episc. ad Carolum M. reu-  
Engelbertum generum Caroli M. ministrum Capellæ. quod de  
hac nostra intelligo. De origine Capellæ Sangallensis de gestis Caroli  
Magni.*

## IN EPISTOL. XXVI.

*I N prouincia Scotorum ) Ita corrigo, nam m. f. vitiis. Go-  
thorum.*

*Fertur ) Corrigo: feruntur.  
10. Confessionem ) De confessione auriculari meminit eius  
episc. 2. 23. 37. 47.*

*32. Non semper confessio pœnitentiam significat) Eg-  
ganter de hoc S. Augustinus de verb. Dom. serm. 8. Admonenda  
fuit charitas vestra, Confessionem non esse semper vocem  
peccatoris: quia mox ut hoc verbum sonuit Lectoris, secu-  
tus est etiam sonus tunsonis pectoris vestri. Audito scilicet,  
quod Dominus ait: Confiteor tibi Pater. In hoc ipso  
quod sonuit, Confiteor, pectora vestra tutudistis. Tande-  
re autem peccatum quid est, nisi arguere, quod latet in pectori,  
& evidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare  
hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confe-  
teor, audistis: Quis est, qui confitetur, non attendistis.*

*Si quis peccator est,) Illud S. Iacobi 5. Infirmatur quis  
in v-*

HEN. CAR.  
S. J. J.  
tom. 1.  
S. I. V.  
Z. 4

*fol. 59. v. 5.*

*fol. 59. v. 23.*

*fol. 60. v. 8.*

*fol. 61. v. 15.*

In vobis, &c. ad animum peccatoris accommodatatio sensu refert ele-  
genter.

Sacramentario) An S. Gregorij M. sacramentarium intel-  
ligit; in quo Reconciliationis orationes extant?

### IN EPISTOL. XXVII.

**L**eoni III. qui Pontificatum iniij anno 795. moreuus fol. 65.  
anno 816.

Poſcentem pro filia viduam) Ita ex conieclura corigo, fol. 67. v. 8.  
huc malim legere p. p. filia Chananaxam: que an vidua fuerit, non  
inflat. Codex m. s. ita habet: poſcentem pro filio viduæ. ubi duo  
diſtincta miracula, nempe Luc. 12. & Matth. 15. videtur coniungere.  
Engilpertus) Abbas hic S. Richarij, qui & testamento Caro-  
lum interfuit, teste Eginhardo. Hunc Carolus M. debellatis Hun-  
nicum magna parte ſpoliorum anno 796. misit ad Leonem, ut Egin-  
hardus & Egolimensis ſcribunt. Anno 792. hærefis Feliciana (ha-  
bitante Annales Franc. edit. Pith.) iplo auctore eam abnegante,  
apud Reganespurg primum damnata eſt, qui etiam per Engi-  
lberthium Abbatem in praesentia Adriani Apostolici ad-  
datus denuo eam confessione facta damnauit. Plura de hoc  
Engilberto epif. 49. 51. 56. 59.

### IN EPISTOL. XXVIII.

**A**driano) qui iniij Pontificatum anno 772. Sepulchrum eius  
platona (id eſt, marmor) parieti infixa gesta bonorum  
eius aureis literis & verſibus ſcripta, iubente Rege Carolo  
inquit Rogerus de Houeden parte 1. Annal. & epithaphium à Caro-  
lo M. poſitum, vide tom. 9. Baron. ann. 795. quo mortuus.

Mei Regis missus ille.) Iam monuimus, pro incerto nomine  
conſueſſe ſcribere, Ille an 773. Adrianus implorauit open Caroli  
M. contra Longobardoru Regem: cui primæ legationi Adriani Ca-  
rolus respondit per legatos fuos Romam missos; inter quos Albinus.

Nnnn 3 Anafra-